



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCCCCXXXVIII. ad annum MCCCCXL.

**Parisiis, 1644**

VIII. De conceßionibus praebendae & ecclesiae non vacantis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15490**

ANNO CHRISTI 1440. ostendant. Inhibemus quoque sub eadem pœna, ne quisquam clericorum plures quam vnum teneat vicarium, nisi evidentis necessitatis causa aliud sibi a nobis vel vicario nostro fuerit indultum.

VIII.

Ne per receptionem canonicorum præbendis non vacantibus alienæ mortis votum turpiter ingerratur, statuimus, vt de cetero nullus recipiatur in canonicum ecclesiæ nostræ cathedralis, nec alicuius alterius collegiatæ nostræ diœcesis, nisi vacauerit præbenda, quæ illi qui assumitur in canonicum assignetur: alioquin receptio in contrarium facta nulla sit ipso facto, nisi facta fuerit de licentia nostra speciali.

IX.

Quia non omnibus liquent Canones contra alienationes rerum monasteriorum & ecclesiarum, iurium prohibitiones publicando, omnino inhibemus omnibus abbatibus, prioribus, præpositis & aliis prælatis ac clericis vniuersis, tam sacerdotalibus quam regularibus, sub pœna priuationis ad ministracionem ipsorum, ne de rebus ecclesiarum suarum vel monasteriorum suorum alienationes sine licentia legitima faciant perpetuas quocumque titulo, gratuito vel mero so: nec etiam res temporales insignes aut notabiles præter iuris formam & licentiam secundum eamdem obtentam \* quocumque alienare præsumant, statuimus, & irrefragabiliter diffinimus, quod in qualibet parochia plebanus, assumptis sibi duobus honestioribus subditis suis, quorum quilibet habeat clauem vnam, & ipse

\*f. quo modo cumque

Concil. Tom. 33.

Ttt ij